

**De spe**

737

ab eternis preparant. filius vero ferculis addidit gaudium scilicet quod erit in aspectu humane nature quam assumpsit. spiritus sanctus pingmenta suauitatis ministrat ipse est flumen nectare. letificans tranquillitatem dei psal. torrens voluptatis potabis eos. Sola inuitatio huius cene beatum reddit Apoc. xix. Et qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. In hac cena est unum ferculum quod solum sufficeret Jo. xiiij. Domine ostende nobis preteritum et sufficit nobis. Solus odor huius cene que datur sanctis in patria plus valet quam gaudium in diuitiis.

De triplici materia gaudij electorum et .xij. cognicionibus intellectus per .xij. stellas corone mulieris in apoc.

**tem notandum quod triplex materia illius**

gaudij immutatur nobis. Nume. xiiij. In fructibus illis quos attulerunt exploratores de terra promissionis. fuerunt ficus uua et malogranata. In ficu dulcedine deitatis intellige. puer. xxvij. Qui seruat fidem comedit fructus eius et qui colit os est domini sui glorificabit. In uua christi humanitate in torculari crucis expressam. In malogranatis sanctorum ordinata societate. Ordinare enim se habent grana in malogranato. Ita apoc. xij. In firmamentis nobis gaudia. xij. in corona. xij. stellarum que erant in capite mulieris. xij. stelle sunt. xij. cogniciones que electos letificabunt. tres pertinentes ad preteritum et futurum et spiritum sanctum et nouem ab nouem ordines beatorum spirituum. Et has .xij. stellas intellige tres dotes anime. scilicet dei visionem. eius de dilectionem. et bonum excellentissimi vel arduissimi apprehensionem que apprehensio gloriosissima est. et quatuor corporis. scilicet claritatem vel potentiam pulchritudinem. subtilitatem. agilitatem. impassibilitatem et societatem quoniam sensuum. Item quodammodo tertia dos anime est delectatio que est effectus visionis et amoris.

De diuersitatibus spei.

Ca. sextum.

**Sequitur de diuersitatibus spei**

notandum est quod spes est detestabilis et est spes amediabilis. spes detestabilis quadruplex est. Prima est maledicta. Secunda presumptiosa. Tercia est vana. Quarta mendax vel falsa.